Monseigneur.

No 67.

Recepi literas Dresdae die Junii ad me datas refertas fa„
bro dato voribus Illrmae Excellae Vae in promovendis ulteriùs ju„
stissimis desideriis meis, et ut tandem aliquando miserrimè
desolati Ducatus mei plenariè evacuentur. In dies cumu„
lantur querelae super violentum procedendi modum, et
quod nomine Sac: Czaar. Maj: quisq pro lubitu agat,
atq disponat. Patebunt fusiùs molimina Supremorũ
Consiliariorũ ex añexo projecto, quod ad desiderium Illrma
Excell: Vae pro meliori noticia transmitto, et ut desuper
severiùs mandatum Regium quantocyus in formâ va„
lidiori expediatur, est quod obnixè contendo. Illrma
Excellae Vae pro æquanimitate satis mihi perspectâ
pro exigentiâ causae cuncta fusiùs trutinabit, et
medelam Sac: Reg: Maj: desuper implorare benevo„
lam curam habebit. Addat Illrma Excellae Vae ex
praepollenti dexteritate, et in rebus agendis autoritate
addenda, et removeat removenda, modò Supremi Consili„
arii compellantur Rescriptis Regiis majorem quam

hactenus obedientiam præstare. Quid Drus Colonellus
Plater, Residens M. Duc: Lithæ nuperrimè in li,
teris ad me dederit, Illrma Excellæ Vræ ex copiâ
annexâ benevolè videbit. Dedit Sac: Reg: Mtæ
ad instantiam Principissarū Curlandiæ ad me litera
ut iisdem ratione prætensionum satisfiat, quod cum
verè sit impossibile, cum omnes mihi proventus sin
prærepti, et ipsemet nil quicquam percipiam, bon
Ducalia exoticæ dispositioni tradita, Ducatus devas
stati, et omnis mihi dispositio præclusa, dabit ven
am, et ut eliberatio Ducatuum tandem aliquando se
quatur, et mihi unicè agere, et pro viribus cum qu
buscumq; Pretendentibus tractare liberum relinquat
clementissimè dignabitur. Vedi eam in rem inclusa
responsoriales, quas volante sigillo mitto, et exhibe
Sac: Reg: Mti officiosissimè rogo. Illrma Excella
Vra innumeris modis me devinciret, si practicabile
foret Rescriptum juris à Sacr: Reg: Mte procurare
vigore cujus considerato eo, quod Ducatus mei per t
annorum serium injuriâ belli, contagiosâ labe, et p
exactiones adeò sint devastati, præterquam, quod feud

desideria à Consiliarüs
correcta, prout eadem
accepi, pro notitia ad-
jungo.

Dabant Gedani die 13.
Julii. 1712.

antehac ultra vires fuerit oneratum, et verè impos,
sibile sit considerabiles quorumvis prætensiones
tam citò determinare, et solvenda solvere, indiffe,
renter omnes prætensiones à tempore subsecutæ quietis
in Curlandiâ, ex certorum annorum intervallo ces,
sare debent, ita ut intereà temporis à cujusvis Præ,
tendentium solicitationibus et impetitionibus Du,
catus mei liberi et immunes relinquantur. Qualia
quidem Rescripta in Germaniâ sunt usitata, prout etiam
in Curlandiâ inprimis ad modernum Statum, et pressam
sortem Ordo Equestris supplicavit sistere executionis
processum, et civibus ex eâdem ratione Literæ morato,
ria concedantur, ut vires colligere possint, et posthine
satisfacere creditoribus suis. Desuper Illma Excella Vra
mihi animi sui sensa benevolè explicare dignabitur,
quo facto si suasor mihi fuerit, projectum transmit,
tam. De cætero Illrmam Excell: Vram quam optimè sem,
per valere animitus cupio, et studia mea prolixiori
cultu defero

Illrmæ Excellæ Vræ

Observantissimus
et devinctissimus
Servitor

Ferdinandus
Duc. Curl.

356.

Ad Serenum Regem
Dux Curlandiæ, &c. 13 July
1712